διαφέροντα σώματα· καὶ εἴτε πλείω τὰ τοιαῦτα, ταῦτα στοιχεῖα λέγουσι. παραπλησίως δὲ καὶ τὰ τῶν διαγραμμάτων στοιχεῖα λέγεται, καὶ ὅλως τὰ τῶν ἀποδείξεων. αἱ γὰρ πρῶται ἀποδείξεις, καὶ ἐν πλείοσιν ἀποδείξεσιν ἐνυπάρχουσαι, αὗται στοιχεῖα τῶν ἀποδείξεων λέγονται· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ οἱ πρῶτοι ἐκ τῶν τριῶν δι' ἑνὸς μέσου. καὶ μεταφέροντες δὲ στοιχεῖον καλοῦσιν ἐντεῦθεν, ὃ ἂν ἓν ὂν καὶ μικρὸν, ἐπὶ πολλὰ ᾖ χρήσιμον. διὸ καὶ τὸ μικρὸν καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀδιαίρετον, στοιχεῖον λέγεται. ὅθεν ἐλήλυθε τὰ μάλιστα καθόλου στοιχεῖα εἶναι, ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν, ἐν πολλοῖς ὑπάρχει, ἢ πᾶσιν, ἢ ὅτι πλείστοις. γὰρ τὸ ἓν καὶ τὴν στιγμὴν, ἀρχάς τισι δοκεῖ εἶναι. ἐπεὶ οὖν τὰ καλούμενα γένη καθόλου καὶ ἀδιαίρετα (εἷς γάρ ἐστι λόγος αὐτῶν) στοιχεῖα τὰ γένη λέγουσί τινες, καὶ μᾶλλον ἢ τὴν διαφορὰν, ὅτι καθόλου μᾶλλον τὸ γένος. ᾧ μὲν γὰρ ἡ διαφορὰ ὑπάρχει, καὶ τὸ γένος ἀκολουθεῖ· ᾧ δὲ τὸ γένος, οὐ παντὶ ἡ διαφορά. ἁπάντων δὲ κοινὸν, τὸ εἶναι στοιχεῖον, ἑκάστου, τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ.

Κεφάλαιον δ.

Φύσις δὲ λέγεται ἕνα μὲν τρόπον, ἡ τῶν φυομένων γένεσις· οἷον εἴ τις ἐπεκτείνας λέγοι τὸ υ. ἕνα δὲ, ἐξ οὗ φύεται πρώτου τὸ φυόμενον ἐνυπάρχοντος. ἔτι ὅθεν ἡ κίνησις ἡ πρώτη ἐν ἑκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ᾗ αὐτὸ ὑπάρχει. φύεσθαι δὲ λέγεται, ὅσα αὔξησιν ἔχει δι' ἑτέρου, τῷ ἅπτεσθαι καὶ συμπεφυκέναι, ἢ προσπεφυκέναι, ὥσπερ τὰ ἔμβρυα. διαφέρει δὲ σύμφυσις ἁφῆς. ἔνθα μὲν γὰρ οὐδὲν παρὰ τὴν ἁφὴν ἕτερον ἀνάγκη εἶναι· ἐν δὲ τοῖς συμπεφυκόσιν ἐστί τι ἓν τὸ αὐτὸ ἐν ἀμφοῖν, ὃ ποιεῖ ἀντὶ τοῦ ἅπτεσθαι, συμπεφυκέναι, καὶ εἶναι ἓν κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ ποσὸν, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὸ ποιόν. ἔτι δὲ φύσις λέγεται ἐξ οὗ πρώτου ἢ ἔστιν, ἢ γίνεταί τι τῶν φύσει ὄντων, ἀῤῥυθμίστου ὄντος καὶ ἀμεταβλήτου ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς ἑαυτοῦ· οἷον, ἀνδριάντος καὶ τῶν σκευῶν τῶν χαλκικῶν, ὁ χαλκὸς ἡ φύσις λέγεται· τῶν δὲ ξυλίνων, ξύλον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐκ τούτων γάρ ἐστιν ἕκαστον διασωζομένης τῆς πρώτης ὕλης. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ τῶν φύσει ὄντων τὰ στοιχεῖά φασιν εἶναι φύσιν· οἱ μὲν πῦρ, οἱ δὲ γῆν, οἱ δὲ ἀέρα, οἱ δ' ὕδωρ, οἱ δ' ἄλλό τι τοιοῦτον λέγοντες,

A corpora:& ſiue vnum, ſiue plura huiuſcemodi ſint, hæc elementa aiunt. Similiter autem figurationum quoque elementa dicuntur, ac ſimpliciter demonſtrationū. Primæ enim demonſtrationes, quę in pluribus demonſtrationibus inſunt, hæ elementa demonſtrationum dicuntur. Sunt autē tales, primi, ex tribus per vnum medium ſyllogiſmi. Hinc autem metaphoricè appellant etiam elementum quod vnum, & paruum exiſtens, ad plura vtile B ſit. Quare & paruum, & ſimplex, & indiuiſibile, elementum dicitur. Vnde & euenit, quæ & maximè vniuerſalia ſunt, elementa eſſe: quoniam cùm vnumquodque eorum vnum, & ſimplex ſit, in multis, aut omnibus, aut quàm plurimis ineſt. Et vnum & punctum, principia eſſe videntur. Cùm itaque illa, quæ genera vocantur, vniuerſalia, & indiuiſibilia ſint, (vna enim eſt ipſorum ratio) genera quidam dicunt ele- C menta: & magis quàm differentiam, quoniam genus magis vniuerſale eſt. Cuicunque enim differentia ineſt, genus quoque ſequitur illud. Cui verò genus, non vtique differentia. Omnibus verò commune eſt, illud cuiuſque eſſe elementum, quod primum cuique ineſt.

CAPVT IIII.

Natura verò dicitur vno quidem modo naſcentium generatio: vt ſi quis D producta voce dicat, v. Alio verò, ex quo primo inexiſtente generatur, quod gignitur. Item, vnde primus motus in vnoquoque eorum quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt. Naſci autem dicuntur, quæcunque incrementum per aliud habent, tangendo, & connaſcendo, aut adnaſcendo, ſicuti embryones. Differt autem connaſcentia à tactu: hic enim nihil E aliud præter tactum neceſſe eſt eſſe. In connaſcentibus verò, eſt quiddam vnum in ambobus idem, quod propter id, quod ſe contingant, facit vt connaſcantur, & vnum ſecundum cōtinuationem, & quantitatem non ſecundum qualitatem ſint. Item natura dicitur, ex quo primo inordinato exiſtente, & immobili ex ſua potentia, aut eſt, aut fit aliquid eorum, quæ natura ſunt, vt ſtatuæ, vaſorúmque æneo- F rum, æs, natura dicitur, ligneorum verò lignum: ſimiliter autem & de cæteris. Ex his enim vnumquodque eſt, prima materia ſalua. Hoc enim modo, & eorum, quæ natura ſunt elementa dicunt eſſe naturam: quidam ignem, quidam terram quidam aerem, quidā aquam, quidā aliquid aliud